

CCCLXX.

1238 marzo 11, giovedì
Milano, « in solario ser Aimerici Colzagrix »

Alla presenza di Giacomo Grassello console di giustizia di Milano, che si occupa delle cause della città, Frogerio Acatapane di Milano, tutore di Guglielmetto del fu Bongiovanni Acatapane, confessa di avere ricevuto da Caracossa, già tutrice dello stesso, una certa quantità di cereali.

Originale, con lacerazioni sul lato sinistro, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Chiaravalle, cart. 558, n. 215 (A). Copia del principio del sec. XIX in Bibl. Brai-dense, *Mss. Bonomi*, AE XV, 24, p. 256 n. 332 (B).

Cit.: C. MANARESI, *Gli atti del comune di Milano*, p. LXVII nota 3.

(S T) Anno dominice incarnationis milleximo ducentesimo trigesimo octavo, die iouis undecimo die martii, indicione undecima. In civitate Mediolani, in porta Romana, in contrata Sancti Satiri, in solario ser Aimerici Colzagrix. Coram domino Iacobo Grassello consule iustitie Mediolani, qui tenet causas civitatis, et eius auctoritate et decreto et iudiciali sententia precedente ad hoc ut infrascripta domina Caracossa plenissimam consequatur liberationem, contentus et confessus fuit Frogerius Acatapanis civitatis Mediolani, tutor Guilielmeti filii quondam Boniihannis Acatapanis, se nomine et ad partem ipsius Guilielmeti recepisse et habuisse ab infrascripta domina Caracossa ibi presente sive ab Andriollo filio quondam Anrici de Porpeo, qui nunc habitat cum domino Oprando Zendario absente, nomine et ad partem domine Caracosse uxoris domini Aimerici Colzagrix quondam tutricis heredum quondam Boniihannis Acatapanis civitatis Mediolani, modios triginta septem et starios quatuor scicalis^(a), que erat in loco Panteliate in duobus solariis et modios sex et starios quinque fabarum [et starios] sex et minam cixergiarum et starios decem septem faxoleorum et starios quatuordecim arbeliarum et starios novem cicerum et starios quinque milice, que omnia erant in loco Panteliate, in solariis ipsius Guilielmeti; item modios octo et starios quatuor sicalis et modios quindecim milii et modios quinque et starios quatuor panici et modium unum arbeliarum scilicet starios quinque arbeliarum veterarum et starios tres novellarum arbeliarum et modium unum fabarum et starium unum cicerum et starios duos et quartarium unum cixergiarum et starios duos et quartarium unum faxeollorum^(a), que omnia erant in loco Pioltello, in sedimine illius Guilielmeti, in quo habitat Guilielmus de Carugate massarius ipsius Guilielme[ti], et fuxarios viginti quatuor et medium de lino et carrariam unam de carro et capiam unam de puliis^(a) et mensuras quatuordecim de lignis et soldatas viginti quatuor mazoliorum de lino non batudo. Et totam suprascriptam blavam et omnia suprascripta legumina et res confessus fuit ipse Frogerius se suprascripto nomine habuisse

et recepisse ultra aliam blavam et legumina et res, quam et que receperat ab Ugone Burro sive de Mamma nuntio consulum iustitie Mediolani, que blava et legumina et res erant in civitate Mediolani super solariis et in [sedimine] ipsius Guilielmeti, unde est carta una atestata facta per me infrascriptum Eurardum notarium, et que blava
 5 et legumina reposita erant per ipsam dominam vel per eius [missum] in predictis solariis in civitate et in predictis locis. Item confessus fuit dictus Frogerius se supra-scripto nomine habuisse et recepisse omnes claves suprascriptorum solariorum de Piol[tello et de] Panteliate, renoncando ipse Frogerius omni exceptioni quod non possit dicere omnia suprascripta sibi data et consignata non fore. Et pronotariis
 10 interfuerunt Leonus de Castro[seprio et] Anricus filius ser Guifredi Colzagrixie. Interfuerunt testes Oxa filius ser Guifredi Colzagrixie et Ambrosius filius quondam Petri de Masgio et Iacobus filius quondam Aicardi Perici de Roxate, omnes civitatis Mediolani, cognoscentes confitentem.

(S M) Ego Iacobus Grassellus iudex et consul subscripsi.

15 (S T) Ego Leonus filius ser Petri de Castroseprio civitatis Mediolani, de contrata Nuxigie, notarius sacri pallatii interfui ut supra et subscripsi.

(S T) Ego Eurardus filius Petri de Castroseprio civitatis Mediolani de contrata Nuxigie, notarius domini Ottonis imperatoris tradidi et scripsi.

CCCLXXI.

20

1238 aprile 21, mercoledì
 Moirano

Stefano Tamarello notaio e Anrigazio Trussabove servitore del comune di Milano, su ordine di Guglielmo de Novezano assessore del podestà di Milano, si recano a Moirano per definire una vertenza riguardante un bosco della chiesa di S. Ambrogio.

25 Originale in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Capitolo S. Ambrogio, cart. 305, n. 187 (A).

La datazione sopra indicata si riferisce all'azione giuridica. La stesura definitiva del documento stesso deve ritenersi invece posteriore al 22 aprile, in quanto la postilla che reca tale data precede le sottoscrizioni dell'assessore e del notaio.

30 (ST) In nomine Domini. Anno dominice incarnationis milleximo ducentesimo trigesimo octavo, die mercurii decimo die ante kalendas madii, indicione undecima. Cum dominus Guilielmus^(a) de Novezano iudex et assessor potestatis Mediolani

campo et prato est a mane Sancti Dionixii, a meridie Sancti Martini et in parte Gregi Maze, a sero strata, a monte via, et sedimini est a mane via, a meridie Sancti Martini, a sero illius cannonice, a monte Sancti Dionixii, et sunt ad supertotum pertice XVII; item petiam unam vitum de vitibus terragiis, iacentem ubi dicitur in Via de Moro, que tenetur a suprascriptis fratribus, cui a mane illius cannonice, a meridie idem, a sero Pagani de Ferrario, a monte via, pertice V; item ibi, accessio illius cannonice mediante, aliam petiam vitum de arboribus, que tenetur a suprascriptis fratribus, cui a mane illius cannonice, a meridie Chunradi de Casate, a sero idem, a monte accessium illius cannonice, pertice V. Suma quarum rerum consignatarum per suprascriptos Mainfredum Buldicionum et socios milleximo ducentesimo quadragesimo primo, die mercurii VII die ante kalendas madii, indicione XIII, presentibus Beltramo filio quondam Anselmi de Feria et Lanfranco filio quondam Iacobi de Merate, habitatoribus Mediolani, et Iohane Maza consule suprascripti loci de Grego, est ad supertotum pertice CCXLVIII et tabure XIII, non computato accessio^(c), de cuius longitudine^(d) et amplitudine in primo superius mentio facta est, cum de quantitate mesure amplius facta non sit mentio.

(S T) Ego suprascriptus Beltramus de Feria notarius predictae consignationi interfui et suprascriptas terras mensuravi sive rationavi, secundum quod mensurabantur, et predicta taliter ut supra legitur scripsi et ordinavi.

20

CDII

1241 luglio 4, giovedì
Milano, « in camera consulum civitatis »

Alla presenza di Giacomo Carbone console di Milano gli eredi di Lampugnano Gritta, infanti, per mezzo dei loro tutori, vendono a Gottecino de Ovreno un prato in Milano.

25

Originale in Biblioteca Trivulziana in Milano, Fondo Belgioioso, cart. 291, n. 53 (A).

(S T) Anno a nativitate domini nostri Iesu Christi milleximo ducentesimo quadagesimo primo, die iovis quarto die mensis iulii, indicione quartadecima. Coram domino Iacobo Carbone consule civitatis Mediolani et eo aprobante et auctoritatem prebente, cum olim Iacobus Gritta filius quondam ser Honrici Gritte porte Nove civitatis Mediolani fecisset venditionem ad libellum in quondam Lampugnianum Grittam ipsius civitatis, nominative de petia una prati iacente extra portam Tonsam, ubi dicitur in Caminadella, cui est a mane dicti Iacobi venditoris, a meridie Gottecini de Ovreno et in parte Gasparri Menclotii sive accessium quod est iuxta pratum ipsius Gasparri, a sero Beltrami Menclotii, a monte Lanfranchi Menclotii et in parte via que est iuxta Navixium porte Tonse et in parte suprascripti Iacobi, pro pretio librarum

30
35

triginta quatuor denariorum bonorum Mediolansensium, ut constat per instrumentum unum factum per Giram filium quondam Petri de Noxate notarium anno milleximo ducentesimo trigesimo nono, die mercurii secundo die mensis novembris, indicione quartadecima⁽¹⁾, et idem Iacobus mutuo accepisset a dicto Lampugniano sub obligatione suorum bonorum libras triginta denariorum bonorum Mediolanensium, ut constat per aliud instrumentum traditum et scriptum per eundem Giram notarium eodem anno et die, et postmodum idem Iacobus promisisset sub obligatione suorum bonorum eidem Lampugniano dandi et reddendi dicto Lampugniano libras octo et solidos quatuor denariorum bonorum Mediolanensium, quas acceperat ab eo causa mutui^(a), ut constat per instrumentum unum^(b) traditum et scriptum per^(c) Eurardum filium Petri de Castroseprio notarium milleximo ducentesimo trigesimo nono, die sabati duodecimo die novembris, et idem Lampugnianus promisisset dicto Iacobo quod si ipse Iacobus daret et solveret seu redderet ipsi Lampugniano vel suis heredibus usque ad tres annos venturos post illam venditionem libras triginta quatuor denariorum bonorum Mediolanensium, quod ipse Lampugnianus deberet facere finem illi Iacobo de predicta venditione sibi facta et quod retrocederet eidem Iacobo iura et actiones sibi adquisitas per predictam venditionem de ipsa petia prati cum promissione defendendi predictam petiam prati pro suo dato et facto tantum et non aliter, et idem Iacobus postmodum fecisset datum et cessionem et venditionem Gottecino de Ovreno civitatis Mediolani de ipso prato et de iure quod habebat in ipso prato et de iure exigendi ipsum pratum, ut constat per alium instrumentum traditum et scriptum per me infrascriptum Dodum de Incino notarium, et ipse Gottecinus paratus esset solvere predictas libras triginta quatuor tertiorum et alios denarios, qui remanserant ad solvendum de predictis denariis, quos ille Iacobus dare debebat predicto Lampugniano, tutoribus illius quondam Lampugniani, nomine ipsorum heredum, Obizo Gritta et Iohannes de Incino, tutores testamentarii Filipini et Folchetti infantum, filiorum et heredum predicti quondam Lampugniani, ut constat per instrumentum factum anno milleximo^(d) ducentesimo quadragesimo, die *****, per Iacobum Carlum notarium, et qui tutores fecerant inventarium de bonis ipsorum minorum, ut constat per instrumentum unum traditum et scriptum per me infrascriptum Dodum notarium milleximo ducentesimo quadragesimo primo, die martis sexto die ante kalendas aprilis, indicione quartadecima, fecerunt retrocessionem et venditionem, nomine ipsorum minorum, dicto ser Gottecino de predicta petia prati et de omni iure adquisito predicto quondam Lampugniano per predictam venditionem factam ab ipso Iacobo in predictum Lampugnianum et per predicta alia duo instrumenta mutui, cedendo et dando atque mandando, nomine ipsorum minorum, eidem ser Gottecino omnia iura omnesque actiones utiles et directa, reales et personales, competentia et competentes ipsis minoribus occasione predictae venditionis et predictorum duorum instrumentorum, et constituendo se pro ipsis minoribus tenere et possidere et quasi^(e) possidere predictam petiam prati et predicta iura nomine ipsius ser Gottecini, volens possessionem et quasi possessionem et dominium et omne ius ipsis minoribus^(f) competentia in ipsum Gottecinum transferre. Cui possessioni et quasi possessioni illico nomine ipsorum minorum renuntiaverunt ipsi tutores, nomine ipsorum minorum, promittendo quoque ipsi tutores,

CDII. - (a) *La i corretta su o.* (b) *ut - unum, manca in A, mentre figura nelle righe precedenti e seguenti.* (c) *Segue eum Giram notarium cancellato.* (d) *anno milleximo su rasura.* (e) *Segue possi credo per errore.* (f) *ipsis minoribus ripetuto.*

(1) Nel novembre 1239 correva indizione XIII.

nomine ipsorum minorum^(g), obligando omnia bona ipsorum minorum per auctoritatem suprascripti consulis, ipsi Gottecino defendendi predictam petiam prati pro dato et facto ipsius Lampugniani et dictorum heredum tantum et non aliter. Et propterea contenti et confessi fuerunt predicti Obizo et Iohannes tutores se recepisse
 5 nomine ipsorum minorum ab ipso Gottecino libras quinquaginta septem denariorum bonorum Mediolanensium, que remanserant ad solvendum de predictis omnibus denariis pretii illius prati et sortis et usurarum et expensarum, quas ille Iacobus debebat ipsi Lampugniano per predicta instrumenta, ut confessi fuerunt ipsi tutores nomine
 10 ipsorum minorum, renuntiando exceptioni non recepte pecunie. Et predicta omnia facta sunt iussu et auctoritate et decreto et interventu suprascripti domini Iacobi consulis ad hoc ut^(h) ex⁽ⁱ⁾ predicta solutione plena consequatur liberatio, cum ipsi filii seu heredes Lampugniani infantes sint et ambo minores quinque annis et unus fari non poterat nec intellectum habebant, ut ibidem coram ipso consule predicti tutores confessi fuerunt. Actum in civitate Mediolani, in camera consulum Mediolani, qui
 15 tenent causas civitatis, presente pronotario Roberto Canino notario. Interfuerunt testes Zanebellus filius quondam Spinibulle et Ianuarius filius quondam Petri Axandri et Arnoldus filius quondam Andree de Casate et Stefanus filius quondam Ruini de Ussimate, omnes prenominate civitatis.

(S T) Ego prenominate Robertus filius quondam Beltrami Canini, qui habito
 20 inter duos muros civitatis Mediolani, notarius sacri pallatii interfui ut supra et subscripsi.

(S T) Ego Dudus filius Martini de Incino, contrate Sancti Fidelis suprascripte civitatis, notarius sacri palatii tradidi et scripsi.

CDIII.

25

1241 luglio 26, venerdì

Milano, « in camera consulum fagie porte Vercelline et Ticinensis »

Giacomo Carbone, console di giustizia di Milano, faggia di porta Vercellina e Ticinese, sentenza nella lite fra Ughetto Pongia di Garbagnate e ser Alberico canonico della chiesa di S. Ambrogio.

30

Originale in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Capitolo S. Ambrogio, cart. 305, n. 197 (A). Copia della fine del sec. XVIII in Bibl. Ambrosiana, G. C. *Della Croce*, *Cod. dipl. Mediol.*, I 16, c. 189 (B).

35

Cit.: N. Sormani, *Cod. dipl. Mediol.*, (ms. sec. XVIII), in Bibl. Ambrosiana, H 102, c. 238; G. GIULINI, *Memorie*, ¹VII, p. 552; A. COLOMBO, *L'amministrazione civica di Milano comunale*, in « Arch. St. L. », 1960, p. 287 nota 47.